tiſſæ & monialibus: quia tunc bene apponit̃, in Chriſto, ut ext. de
reſcr. cum dilecta & de confir. uti. uel inuti. cum dilecti. & de ex-
cep. dilectæ. Itẽ bene dr̃ hoc modo: Dilectis in Chriſto filiabus
abbatiſſæ & conuentui: & niſi qñ ſcribit regibus, uel reginis, quia
tũc ponit̃ ſic. Chariſſimo in Chriſto filio. uel chariſſimæ in Chri-
ſto filiæ: ut ext. de ꝯuer. coniu. chariſſimis. Item in ſalutatione nõ
ponit̃, noſtro: puta Venerabili fratri noſtro, vel dilecto filio no-
2 ſtro. † niſi forte ſit familiaris domini papæ tunc enim dr̃: Dilecto
tali capellano noſtro, uel ſubdito noſtro ſalutem. Item ubi in ſa-
lutatione nomen proprium non exprimit̃, puta, ſcribit̃ epiſco-
po, debent poni duo puncta prius quam ponat̃ nomen eius, cui
ſcribit̃, ſic: epiſcopo, præpoſito, abbati, & ſic de aliis. Vbi autem
ſcribit epiſcopo, vel abbati, debet ſemper poni locus unde eſt,
ſic: Epiſcopo Biterren. Abbati Villæ magnæ talis dioeneſis. Simi-
liter ſi ſcribit̃ epiſcopo, uel canonico maioris eccleſiæ, ſaltem po
nitur proprium nomen ciuitatis. Si uero abbati, uel alij clerico
non maioris eccleſiæ, cuiuſcunq; eccleſię clericus ſit in ciuitate,
ſemper exprimit̃ nomen eccleſiæ & ciuitatis, ſic: abbati, vel A ca
nonico ſancti Pauli Narbon. Item vbicunq; de aliquo ordine fit
mentio in litera, ſemper debet præponi ordo dioece. in qua eſt,
verbi gratia, Prior de Caſſiano, ordinis S. Auguſtini, dioec. Biter.
Aliud autem eſt in ciuitate, quæ debet ordini præponi, hoc mo-
do: Abbati S. Iacobi Biter. ordinis S. Auguſtini & ſic de ſimilibus.
Itẽ in nomine rei non ponit̃ Dilectus, ſed ſolum in nomine acto
d ris, licet ſit arg. ꝯ 15. q. ul. c. fi. in fi. & 2. q. 1. multi. in fi.[d] Item ſem-
per poni debet ciuitas, uel dioeceſis vnde eſt reus Item cum ſcri
bitur epiſcopis vel ſuperiorib. dr̃. fraternitati: ut extra, de regula
ex parte. & de conuer. coniu. ſane. Cum vero minorib. ponit̃ Di-
3 ſcretioni, eo. tit. accedens. †¶ Et nota, ꝙ papa uocat epiſcopos &
ſuperiores, uenerabiles fratres: abbates uero & inferiores, & etiã
reges, & principes, & alios inferiores barones, indifferenter filios
appellat: ut ext. de cri. fal. quam graui. Itẽ principium & finis ſa-
lutationis nunquam mutant̃, niſi qñ ſcribit excõmunicatis, quos
nec fratres, nec filios appellat: ſed loco ſalutatiõis & benedictio-
nis, dicit: Spiritum conſilij ſanioris. Item ſi generale ſit reſcriptũ,
e derogat̃ ei per ſpeciale, ext. de reſcrip. c. j. & c. paſtoralis[e]. Item
ꝙ nõ eſt ibi locus inſcriptus, ubi litera fuit data, C. de ꝯhend. ſtip.
optimam. 2. q. 8. libellorum in auth. de nup. in fi. j̃. de inſtr. edi. §.
f inſtr̃m. uer. quid ſi locus[f]. Item ꝙ nõ eſt ibi indictio, neq; data, ne
g que anni Domini[g] ext. de fi. inſtr. inter dilectos. uer. ſed ſi priuil.
ext. de reſc. eam te. & c. conſtitutus. & in aut. de nupt. in fin. coll.
4. 25. q. 2. ſi quæ beneficia in auth. ut nomen Impera. præpo. doc.
col. 5. C. de diuer. reſcri. l. fi. ext. de præb. dilectus filius G. Itẽ ꝙ eſt
ibi falſa latinitas, ex̃, de reſcrip. ad audientiam. j. Item excipit̃, ꝙ
duæ commiſſiones in eadem cã, ſub eadem forma, & eadem die,
ad diuerſos iudices, uel ſub diuerſis formis, ab eodem ſunt obtẽ-
h tæ: unde non ualet. ext. de reſcrip. ex tenore[h]. & c. fin. & de offic.
deleg. c. 2. extra. de fide inſtr. imputari. niſi forte fiat ad cautelam.
arg. ff. de bo. poſſ. ſm tab. l. j. Item ꝙ in primis literis dictum eſt,
ne valeant ſecundæ, niſi totam rei ſeriem contineant: vnde non
ualent ſecundæ, ſi hoc non contineant. ff. de leg. 3. ſi quis. in prin.
ext. de reſcrip. c. 2. extra, qui fil. ſint le. cauſam quæ ſm G. Na. Itẽ
excipit̃, quod continet diſpenſationem ꝯ canones. 25. q. 1. ꝯ ſta-
tuta ext. de conſangui. & affin. quia circa. Item quod non præceſ-
ſerunt monitoriæ, de quibus fit mentio in executoriis. ext. de re-
ſcript. ex inſinuatione. Itẽ quod reſcriptum repugnantiam con-
tinet. Eſt enim ibi oppoſitio in obiecto ad hoc. ff. de reg. iur. ubi
4 repugnantia. 25. q. 2. ſi ea. ext. de appel. ſolicitudinem. in fi. †¶ Itẽ
ꝙ ubi debet eſſe, ſine canonico terminetis: apponit̃, ſine debito.
Nam ſi cã eſt ſpiritualis, & maxime matrimonialis, conſueuit ap-
poni clauſula illa, ſine canonico ut extra, de offic. delegat. cauſam
matrimonij. in fine. & extra, vt lit. non conteſtat. accedens. 2. in
i fine. extra, de reſtitut. ſpol. ex conqueſtione[i]. & c. ex parte. in fi. Si
vero ſit ciuilis. uel etiã criminalis, cõſueuit poni, ſine debito, &c.
Veruntamen ſæpe etiam in ſpiritualib. ponit̃, ſine debito: ut ext.
de offi. deleg. cum causã. in prin. & de reſtit. ſpoli. cum ad ſedem.
in prin. de reſcript. cauſam quæ. & ẽt in matrimonialibus: ext. de
reſcrip. ex tenore. in prin. Item ꝙ ibi nõ ſunt annotationes quæ-
5 ſtoris. in auth. ut diuinæ iuſ. † ¶ Item quod in reſcripto Apoſto-
lico inſerta eſt clauſula illa, ea, quæ de bonis eiuſdem eccleſiæ a-
lienata inueneris, ſtudeas, ad ius, & proprietatem eiuſdem eccle-
k ſiæ reuocare: ut ext. de rebus eccle. alienan. uel nõ. epiſcopi. in fi[k].
ext. de elec. noſti. & is, cui ſcribit̃ vult per modum inquiſitionis
procedere quod fieri non poteſt: ſed ſolum per formam iudicij.
Et no. ꝙ talis poteſt cognoſcere non ſolum de proprietate, ſed
ẽt de poſſeſſione. Nam id quod Inuaſum eſt, alienatum dr̃. Idem
etiam eſt in formis illis, quicquid poſt iter arreptum, & quicqđ
poſt litem cœptam inueneris attentatum, ſtudeas in ſtatum legi-
timum reuocare. Nam in his ordine iudiciario procedendum
eſt, & per eas procedi poteſt ſuper petitorio & poſſeſſorio: quæ
l dic ſm papam, & not in præ. c. epiſcopi[l]. †¶ Quid ſi ſcribit̃ alicui,
6 quod ſtudeat reuocare, quæ ipſe alienauit: nunquid erit iudex in
cauſa ſua? Item nunquid ſeruabit iudiciarium ordinem? De hoc
m ſm papam in præ. c. noſti[m]. Poſſet etiam dici, ꝙ ſi prælato eccle-
ſiæ cuius bona alienata dicunt̃, ſcribit̃ ſub forma illa: ſtudeas re-
uocare, non habet poteſtatem, niſi in notoriis, ubi non habet or-
dinem iudiciarium obſeruare, ſed ſola monitione præmiſſa ex-
communicauit: ut 16. q. 1. in canonibus. De his vero quæ iudicia
lem cognitionem exigunt, ſe non intromittet, ſicut nec conſer-
uator: ut extra de offi. deleg. ſtatuimus. lib. 6. Si uero ſcribit̃ alijs,
quã prælato, ſm illam formam: ille bene ſeruabit iudiciarium or
dinem, niſi in notoriis. Quidam tamen his clauſulis multipliciter
abutunt̃. Item quod in reſcripto continet̃ clauſula illa uocatis, q
fuerint uocandi, ſuper propoſitis, & aliis veritatem inquiras: &
ipſe uult, ut inquiſitor, & non ut iudex, procedere: ut extra, de
7 iudi. exhibita. †¶ Item quod quęſtio eſt ciuilis, & in reſcripto dr̃,
cauſam, quam talis, &c. nam criminalis dr̃ proprie cauſa, ciuilis
uero ſiue pecuniaria, dicitur lis argu. C. de tranſac. cauſas, ff.
de uerbo. ſignificat. litis nomen. ff. de teſti. l. j. ſed certe hoc non
ſeruat

## ADDITIONES.

a Ratione. ¶ Quia difficile eſt inuenire uer. huius §. cum allegantur: quia non ſunt ſicut alij ſignati: ideo de §. faciam partes octo & durat prima vſque ad uer. porro. ſed quæ ſatis conuenit §. ſ̃. proximo. Secunda durat uſq; ad uerſ. nunc circa. in qua tractat de clauſulis & formis in cauſis appellationum. In tertia, ubi ſ̃. tractat de formis & clauſulis circa ſententias excommunicationis, uſq; ad verſiculum, circa materiam. Ibi quarta, tractans prę dicta circa cauſas uſurarum & pignorum. uſque ad uer. nunc dicamus. Ibi quinta, tractans de clauſula prouiſione, uſq; ibi ſequitur uidere. Ibi ſexta, tractans de literis cõfirmationum priuilegiorum & uſq; ad uerſiculũ, nunc ad inſtructionem. Ibi ſeptima, menſes aduerſarũ cauſarũ & perſonarũ obſeruantias in ſcribendo, uſq; di uerſi. ut aũt ubi exempli gratia deſcribit quinq; formas. Adde, ꝙ plutarchus in uita Pyrrhi regis Epirotarum narrat, quod propter ſtyli diuerſitatem cognouit literas ſibi miſſas à Lyſimacho, tanquam miſſas à Ptolemęo rege: quia non ſcriptæ erant ut conſueuerant, ſcilicet Pater filio ſalutem: ſed, Ptolemæus rex Pyrrho regi ſalutem.

b Ibi. ¶ Nil ibi.

c In prin. ¶ Ibi ſoluitur, & dixi in prooemio Gregorionæ compilationis, in prin. tamen lex illa, uictor. & c. uictor. non probant id ad quod inducuntur, ſcilicet ꝙ papa ſe poſtponat: ſed probant, quod poſtponitur per Imperatorem: ſed illud bene probatur 12. q. 1. dilectiſsimis.

d In fin. ¶ Verum eſt, ut in contrarijs. ꝙ qui impeditur, non per hoc reus eſt culpæ uel ſceleris, de uerb. ſiguifi. forus. uer. reus tamen. quia ut talis impeditur, ideo dictio talis, ommittitur. facit j̃. eod. §. uer. item cum epiſcopus. Ponit autem hic actorem illum, qui impetrat, etiam, ſi ſit reus originalis, puta qui appellauit. Patet hoc de reſcriptis, dilectus. 2. de procurat. dilectus. de appellatio. dilecti. 1. 2. & 3. cum ſimi.

e Paſtoralis. ¶ Ho. de hoc remittit ad §. quod cui. e. ti. & not. quod iſte eſt de caſibus, quibus reſcriptum perditur. De his not. eod. titul. cęterum. & aliquos ibi addidi. ſunt alia reſcripta, quæ non ualent à principio, quædam ipſo iure, quædam ope exceptionis: & de his omnibus. miſtim proſequit̃.

f Locus. ¶ Ibi dabo remiſsionem, & ibi paulo ante remittam de indictione.

g Domini. ¶ Ab his incipit Ho. quæ continet iſte uer. & pręcedens uer. reaſſumpſit caſus, ut ſupra dixi.

h Tenore. ¶ Vide quod ibi dixi ſuper j. gl. poſt prin. ¶ Adde tu, quid ſi aliqs impetrauit plures ſimiles literas, & vtat̃ ſecũdis anteq̃ primis, an primarũ literarum uigore poterit aliquid cõſequi: & quid uigore ſecundarum, ex quo non faciunt mentionem de primis? Dicas quod non ſm do. Abb. Sic. in c. in noſtra. in 3. col. circa principium. ext. de reſcr.

i Conqueſtione. ¶ Vbi de hoc in ultima gl.

k In fi. ¶ Ibi de hoc, ut ſtatim remittam.

l Epiſcopi. ¶ Ibi ſcripſi in j. gl. ſumitur hoc. & de hoc ſ̃. de dele. §. fi. verſ. itẽ quod datus. ¶ Adde, ut per Ro. conſi. 343. quem ſequitur Feli. in rubrica de reſcri. in 3. col. uerſi. cæterum. & ibi latius. uide. & an ille, cui commiſſa eſt cauſa poſſeſſorij, poſsit cognoſcere de petitorio. vide Pau. de Caſt. quod ſic, conſi. 262. Vide tamen poſtquam uideris Feli. ubi ſ̃. Io. An. j̃. in §. fi. uer. quid ſi indubitate. in add. incipiente, imitatus eſt do. meum. & uide conſilium Bal. quod ibi allegaui contra Io. And.

m Noſti. ¶ Vt ibi ſcripſi ſuper gloſſ. ſed quid. quæ eſt ul. ut ibi patet in fi. ſeq quod dictum fuit Compoſtel.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ſeruat[a].Quidam autẽ dicunt cauſam,dici tantum ante litis ꝯteſt.
litem uero poſt lit.conteſt.arg.in auth.de litig.§ ad excludendas.
ubi dicit̃ etiam ſi lis cœpta non ſit, &c. ext.de verb.ſignificat.ex
b parte.2. [b] Item clauſula illa, nullis literis ueritati & iuſticiæ præ-
iudicantibus.habet̃ extra, de confir.uti. uel inuti.bonæ.De clau-
ſulis, quæ in literis beneficialibus apponunt̃, not.ſecundum pa-
c pam.ext.de præſum.c.fi. [c] quæ autem hic deſunt, dic ut notat.ſ̃.
§.j.¶Porro licet hic articulus,quo ad materiam de appellationi-
bus, ſecundum uſum Romanæ curiæ ſit plenius expeditus, ĩ.de
app §.de offi.quoq;.uerſ. ut autem.& ſeq.tamen hic aliqua ſ̃m
8 eundem uſum ſu ꝑ alijs annectemus. † ¶Obijcit̃ ergo frequen-
ter ꝯ̃ literas, quod impetratæ ſunt tacita veritate, uel ſuggeſta
falſitate, in qua exceptione, cum ſit multum generalis, non po-
teſt una eademque concluſio in literis aſſignari. Nam poteſt eſſe
quandoque peremptoria, quãdoque dilatoria.Si enim alias fuit
in cauſa ꝓceſſum, & ꝓ me lata diffinitiua ſententia, nulla ꝓ uo-
catione ſuſpenſa, & adhuc iterum ſu ꝑ eodem negotio aduerſa-
rius meus literas impetrat,& ego velim excipere ꝯ̃ eas quod ſint
ueritate tacita impetratæ, ut pote non facta mentione de ꝓceſ-
ſu & ſententia ꝓmulgata, non debeo hoc in vim dilatoriæ, ſed
peremptoriæ exceptionis ꝓponere:ut ĩ. de exce.§.nunc uiden-
dum.uer.hoc quoque. Debeo enim exceptionem rei iudicatæ,
quæ eſt peremptoria,ſimpliter proponere,& narrare ſic.
9 ¶FORMA. †Cum ſu ꝑ tali negotio,talis ꝯ̃ talem,ad talem,
literas apoſtolicas impetraſſet.Idem excipiendo ꝓpoſuit coram
eo,quod cum in cauſa ipſa ꝓ eo eſſet diffinitiua lata ſententia,
nulla ꝓuocatione ſuſpenſa non erat in eadem cauſa ſeu negotio
eius aduerſarius audiendus:& quia,&c.ut in prædi.§ de offi.quo
que.uer. ſi autem non ſit appellationi. & concludit̃ ſic manda-
mus, quatenus, ſi eſt ita, reuoces in ſtatum debitum,quic quid
poſt appella. huiuſmodi inueneris temere attentatum: alioquin
partes ad priorum, &c.Idem eſt, ſi uelim dicere, tacita ueritate
de cauſa,tranſactione,uel amicabili compoſitione ſopita,uel ta-
le quid ſuppreſſum,de quo ſi ꝯſtaret,liqueret de negotio princi-
pali:quia in his caſibus debet obſeruari quod dixi de perempto-
riis,in præ.uerſ.ſi autem non ſit. Non enim in his omnibus,cum
ꝑ hæc obiecta tangat̃ totum negotium principale, uerba ſunt in
modum dilatoriȩ ꝓponenda, ut dicat̃ ꝑ reſcriptum huiuſmo-
10 di non debere ꝓcedi, quaſi ſit impetratum tacita ueritate.†¶Si
uero tale quid dico ſuppreſſum,quo expreſſo non fuiſſent literȩ
impetratæ,ut extra,de reſcript.ſu ꝑ literis.de quo ſi conſtaret,ſu-
pereſſet nihilominus quæſtio & cognitio ſu ꝑ principali nego-
tio dirimendo:talis exceptio in modum dilatoriæ ꝓponat̃:puta
dicit̃ ab aliquo ſu ꝑ eadem cauſa, iam coram ordinario uel de-
legato ꝓceſſum:& lite pendente huius ueritate ſuppreſſa,impe-
trauit reſcriptum ad delega.non poſſum dicere,& excipere ꝑ li-
teras huiuſmodi non debere ꝓcedi: ſed me ad alium iudicem re-
mittendum.cum ſint impetratæ tacita ueritate:& ſi non admit-
tar,appellabo:& erit cõcluſio,ꝓut patet ĩ.de remiſ.§.ſequit̃.uer.
porro.& in præ.§.de off.uerſ.ſi igit̃ fori.quod ſi ille nihilominus
poſt appellationem me excommunicat ſic concludetur.
FORMA. Mandamus quatenus, ſi dictam excommunica-
tionis ſententiam poſt huiuſmodi appellationem inueneris eſſe
latam,denuncies eam penitus eſſe nullam,ac reuocans in ſtatum
debitum, quicquid poſt appellationem ipſam temere inueneris
attentatum,partes ad dicti ordinarij, &c alioquin ad ipſius dele.
&c.ut ext.de appel.ad præſentiam.& c.dilecti filij.j.& c ut debi-
11 tus.†¶Illud quoque diligenter eſt attendendum, tam à iudice,
coram quo exceptio de tacita ueritate & expreſſa falſitate ꝓpo-
nit̃,quam ab officialibus curiæ Romanæ:ut cum nitit̃ quis impu
gnare reſcriptum,non ſem ꝑ & paſſim illum admittent, ſi plura,
ſu ꝑ quibus eſt, uel eſſe poteſt quæſtio, fuerint in modum hujus
exceptionis obiecta. Quid n.ſi impetratũ fuerit reſcriptum ſu ꝑ
terris & rebus aliis, quas impetrator dixerat ad ſe pertinere: uel
ſu ꝑ debitis aſſeuerat ſibi aliquẽ obligatum: poterit ne reus obii-
cere ꝯ̃ literas, dicens res ipſas ad aduerſarium non pertinere,uel
ſe minime obligatum: & ꝑ hoc reſcriptum ſuggeſta falſitate,uel
tacita ueritate obtentum ,ut ꝑ talium ꝓpoſitionem uerborum,
iudicis iuriſdictionem eludat:& in cauſa debitus impediat̃ ꝓceſ-
ſus? certe non imò lis eſſet ſimpliciter conteſtanda, & hæc po-
ſtea in cognitione principalis negotij deducent̃: ut extra, de lit.
conteſt.exceptionis. lib.ſexto. ſu ꝑ quo uide ĩ.de except.§.nunc
videndum.uerſi.hoc quoque notandum.& ſeq.Hæc autem om-
nia, ꝓut negotiorum emergentium oſtenderit qualitas, melius
declarant̃:ut ff.de ſol.ratum.extra, de dona. Apoſtolicæ.prope
fi.ut cum aliquid ꝯ̃ reſcriptum obiicit̃, ſi contingit principale
negotio, ut de ipſo quaſi de principali ſuperſit cognitio, & eo
ꝓbato foret diffinitiua ſententia ꝓferenda: non admittat̃ obii-
12 ciens,ſi in modum exceptionis dilatoriæ ꝓponat̃.†¶Eſt & caſus
in quo quis dicit ſe ab appellato præuentum: & obiicit literas ab
eo impetratas fuiſſe tacita ueritate. Verbi gratia:appellatum fuit
à diffinitiua:appellatus præuenit appellantem,& impetrauit ſu-
per confirmatione ſententiæ. Si enim minium præcurrit, poſ-
ſunt excipere:ut extra,de confirmat.uti.uel inuti.bonæ & de ap-
pel.oblatæ.& infra.de appellationib §.nunc breuiter.uerſic.licet
autem.& narrabitur ſic:
13 ¶FORMA. †Cum inter A.& B.quæſtio verteretur,iudex
perperam in cauſa ꝓcedens contra A.iniquam ſententiam pro-
mulgauit,à qua idem A,duxit ad ſedem Apoſtolicam appellan-
dum. Cumque poſtmodum prædictus B.ad tales intra tempus a
iure ad proſequendum appellationem conceſſum, cum ſatis de
ipſo tempore ſupereſſet, ipſum nimium malitioſè prȩueniens,ac
ſuper commiſſione impetranda ſupplantare intendens contra
eum,ſu ꝑ confirmatione ipſius ſententiæ, uel ſu ꝑ hoc noſtras li-
teras impetraſſet,idem A.excipiendo ꝓpoſuit coram eis, quod
ꝑ huiuſmodi literas veritate tacita impetratas, quæ de appel-
tione ſua non faciebant aliquam mentionem, ꝓcedere de iure
non poterant,nec debebant:ſed quia dicti iudices exceptionem
huiuſmodi contra iuſtitiam admittere denegabant:ipſe ſentiens
indebitè ſe grauari,ad noſtram audientiam appellauit,& conclu
ſio erat talis:Mandamus quatenus,ſi eſt ita,reuocato,&c.uſque,
attentatum. iunge p̃dictam diffinitiuã cõfirmare.uel infirmare
curetis,&c.nam reuocato,quod ꝑ iſtos iudices vltimos factum
eſt poſt appellationem ab hoc illato grauamine interpoſitam, ſ.
ſu ꝑ exceptione de literis impetratis ueritate tacita non admiſſa:
debet ꝓcedi in cauſa appellationis interpoſitȩ à diffinitiua,ut cõ
firmet̃,uel infirmet̃, in cuius appellationis ꝓſecutione nunc im-
petrans non fuit trepidus,uel remiſſus: alioquin remiſſio facien-
da eſt ad vltimos iudices, à quibus nunc vltimo fuerat appella-
14 tum:ut ĩ.de remiſ.§.ſequit̃.†¶Nunc circa ſententias excommu
nicationis,& alias aliqua diſcutiamus ,vnde nota quod quando
à cardinali fertur ſententia excommunicationis, & petitur exe-
cutioni mandari,dicitur ſic:
¶FORMA. Mandamus quatenus dictam excommunica-
tionis ſententiam proinde latam faciatis autoritate noſtra, &c.
Idem eſt etiam, quando à capellano domini papȩ audito, refert̃
in curia Romana. Idem quoque eſt in aliis ſententiis à card.latis
Item omnes ſententiæ domini papæ, ſiue diffinitiuæ, ſiue inter-
15 locutoriæ cum ſerico debent bullari. †¶Item quando quis cõ-
querit̃, quod epiſcopus qui non habet in eum ordinariam, uel
delegatam iuriſdictionem,excõicauerit eundem,apponi debet,
cuius diœce.ſit impetrans: nam ſi eſt alterius diœce. planum eſt:
ſi uero ſit diœce ipſius epiſcopi,dicat ſe exemptum. 3. q. 6.pere-
grina & c.ſeq.11.q.1.clericus.& c.ſequen. Item ſu ꝑ excommu-
nicationib.latis ab aliis,quam ab epiſcopis & ſuperiorib. uel ar-
chidiaconis,uel abbatibus in monachos ſuos,uel aliis ordinariis,
uel à delegatis domini papȩ,uel aliorum non dant̃ literæ ſu ꝑ ob-
ſeruatione ipſarum uel contra ipſas non ſeruantes. nec peti poſ-
ſunt confirmari,niſi latæ ſint à prædictis. Vnde ſi à præpoſito ſe-
cularis eccleſiæ autoritate ordinaria in presbyterum, vel clericũ
ſibi ſubiectum excommunicationis ferat̃ ſententia, confirma-
tio denegat̃.& ſi quandoque concedi contingat, non debet po-
ni, exigente iuſtitia, ſed exigentibus culpis ſuis:arg.tamen cõtra,
16 quod debeant confirmari.†Nam papa mandat, ꝙ ſententia ex-
cõmunicationis,uel interdicti, rationabiliter lata per plebanum
ſancti Pancratij in clericos vel laicos parochianos ſuos inuiola-
biliter obſeruet̃,nec relaxetur ſine congrua ſatisfactione, & abſ-
que eiuſdem plebani cõſcientia: ut ext.de off.ord.cum ab eccle
d ſiarum[d]. Ad idem 2.q.1.nemo.Item ſi delegatus excommunicat
uſurarium, quia diffinitiuæ nõ paret:excommunicationis ſenten
tia confirmari non debet,quia iudex in hoc fines mandati exce-
dit: cum

## ADDITIONES.

a Seruat̃. ¶ Et merito:quia ferè oẽs decr.q̃ incipiũt,cãm,cũ cã.cum in cã.li-
cet cauſam.loquunt̃ in ciuili.An uero ex ſimplici cõmiſſione cãæ, actio cri-
minalis poſſit agi ciuiliter,vide ſ̃ de deleg.§.fi.uet.q d ſi princeps,cum ſuis
remiſſionibus. ¶ Adde tu,qđ uerũ eſt,ꝙ cã proprie dr̃ criminalis,& lis ci-
uilis,ut per iura hic allegata, ut ẽt hoc tenet expreſſe gl. in uerbo,crimina-
lis.in auth.de teſt.§.ſi vero q̃s dicatur odioſus. collat.7. Et adde, quod dr̃,
hodie non ſeruat̃, &c. non eſt inconueniens ꝙ ſit aſſumptũ hoc nomen cã,
tanq̃ generalius.licet improprie.Nam hoc multoties fit,ut aliquid impro-
prie aſſumat̃, vt no.in c.intelligentia. ext.de uer.ſig.& præſertim q̃ a ẽt lis
multoties aſſumit̃ pro cã & ſic vnum pro altero. tñ hoc nõ tollit proprie-
tatẽ vocabulorũ.ideo eſt:quia ſic vſus cõis obtinuit.arg.c. inter corpora-
lia.ext.de tranſla.epiſcopi.cũ ſimi. Et faciunt ad hęc, quæ dicũtur per Bal.
in auth.habita.C.ne filius pro patre.ubi dicit̃,ꝙ quando in diſpoſitione ap
paret verbum lis,& verbum negotium,denotat̃ potius cauſa ciuilis,quam
criminalis. Refert & ſequitur Abb. Sic.in quadam ſua diſpu. incipiente,
Gandulfus.in quinta col.circa fin.
b Ex parte.2. ¶ Facit eo.tit.forus.in prin.
c c.fin. ¶ Et ſumuntur eius dicta in cle.de offic. deleg .cap.vno.in gloſſ.ſed
nunquid.
d Eccleſiarum. ¶ Ibi ſcribit epiſcopo.& eſt litera,iuſtitiæ:confirmatoria ve-
ro dirigitur parti:ut patet ĩ.ver.ſequitur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dit cum non poſſit aliam pœnam infligere, quam editam in con
cilio Lateranenſi, quæ in literis Apoſtolicis frequēter apponun-
17 tur. extr. de reſcript. cum dilecta. † ¶ Si igitur excommunicatio
petitur Apoſtolico munimine roborari, quæ propter contuma-
ciam contra vſurarios lata dicitur: non ſufficit ſimpliciter poni,
propter contumaciam, niſi dicatur, quod vocatus cōparere cō-
tempſit contumaciter coram eo. Nam ſi fuiſſet contumax in nō
reſtituendo, laicus non debuiſſet excommunicari, ſeu alias puni-
ri pœna contra uſurarios promulgata. extr. de vſuris. quia in om
a nibus. & c. præterea [a]. † ¶ Si autem conqueritur quis ſe a iudice,
18 coram quo conueniebatur, excommunicatum eſſe ſine cauſa ra
tionabili, nulla monitione præmiſſa, contra ſtatuta cōcilii gene-
ralis, extr. de ſentent excommunicationis. ſacro. ſic concluditur.

FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ſententiā ipſam in-
tra octo dies, poſt receptionem præſentium ſine qualibet diffi-
cultate relaxes, in cauſa ratione præuia proceſſurus, iuxta priorū
continentiam literarum: alioquin tali damus noſtris literis in mā
datis vt ipſe ex tunc ſufficienti ab eo ſuper his, pro quibus excō-
municatus habetur, cautione recepta, ſententiam iuxta formam
eccleſiæ relaxet eandem, vel ei iuxta formam eccleſiæ abſolutio
nis beneficium impendat: & iniuncto ei, quod de iure fuerit iniū
gendū, in cauſa ipſa procedat: iuxta traditam ſibi formam, proui
ſo attentius, quod ſi pro manifeſta offenſa dicta ſentētia ſit pro-
lata, niſi prius ab excommunicato ſufficienter prꝗſtetur emenda
nullatenus relaxetur. Hæc forma probatur extr. de reſcrip. ab ex-
cōmunicato. & de verb. ſig. ex parte & c. ſeq. & de ſent. excom.
19 ſolet. † ¶ Et ſcias, quod quando quis conqueritur, quod epiſco-
pus vel alius prælatus eum excommunicauit contra formam cō
cilii generalis, non conceduntur in curia literæ, niſi prius excom
municatori ſcribatur. & hoc etiam eſt de iure: ut extr. de reſcrip.
ab excōmunicato. extr. de ſent. excom. per tuas. de offi. ord. ad re
primendum, quod ſi non trahebatur in iudicium, ſed ex aliqua cā
ſe excommunicatum, & terram ſuam interdictam eſſe aſſerit, ſic
concluditur.

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ſentētiam ipſam
intra octo, &c. vt s̄. vſque beneficium impēdat. iunge. & relaxet
ſententiam interdicti: ac iniuncto, quod de iure fuerit iniungen-
dum, audiat ſi quid fuerit quæſtionis, & faciet quod decreuerit
auctoritate noſtra firmiter obſeruari, prouiſo, &c. ut s̄. Si autem
laicus excommunicationem in eum latam, quia nō parebat ſen
tentiæ diſinitiuæ, animo ſuſtinuerit indurato, & ſupplicatur vt
contra illius proteruiam congruum adhibeatur remedium, ſic
concludetur:

FORMA. Mandamus, quatenus ſi tibi ꝯſtiterit de præmiſſis
contra præfatum laicum ad molliendum eius duritiam, vt ad ec
cleſiaſticam ueritatem redeat: & ſuper his ſatisfaciat, vt tenetur:
auxilium inuoces brachii ſecularis, cōtradictores, &c. extr. de pę-
b nis, c. fi. & s̄. de off. del. §. ſequitur. uer. ſed nunquid poteſt [b]. † ¶ Itē
20 ſi dicat quis ſimpliciter, quod P. in eum manus iniecerit violen-
tas: ſic narrabitur, & concludetur.

¶ FORMA. Conquerente A. clerico, nobis innotuit, quod ta
lis, diœceſis talis, manus in eum iniecit uiolentas. Mādamus, qua
tenus, ſi eſt ita, dictum manuū iniectorem, uel dictum ſacrilegum
tandiu appellatione remota excommunicatum publice nuncie-
tis, & faciatis ab omnibus arctius euitari, donec paſſo iniuriam
c ſatisfecerit competenter [c], & donec cū ueſtrarum teſtimonio li-
terarum ad ſedem uenerit apoſtolicam abſoluendus: & tunc nō
ponitur clauſula iſta, teſtes autem. &c. extra, de ſent excom. c. de
21 cætero. † ¶ Quod ſi uerberauerit & incarcerauerit, & alias iniuria
tur, ſic dicetur.

FORMA. Conqueſtus eſt nobis talis decanus, ꝙ A. miles & B.
& C. laici ciuitatis & dięceſis talis, eum nō ſine iniectione manu-
um violenta, Dei timore poſtpoſito, carceri mancipauerunt. Prę
terea E. & D. laici, dięceſis talis, ſuper decimis, & terris, & rebus
aliis iniuriantur eidem: ideoq; diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcri
pta mandamus, quatenus, ſi de huiuſmodi manuum iniectione,
ac incarceratione nobis conſtiterit dictos tales, appellatione re-
mota, &c. vt s̄. proxi. vſq; ad abſoluendum. iūge, ſuper aliis uero
22 partibus ꝯuocatis, &c. vt j. uer. prox. in forma petitio, &c † ¶ Si
autem quis conquereretur de iniectione manuū, & incarceratio
ne, & ſpoliatione, & pecuniæ extorſione pro liberatione: & ꝙ
coactus eſt iurare, & fideiuſſores dare, & pęnā promittere, ꝙ ſu-
per hoc non deponeret quæſtionem: literis inde confectis ſic
concludas:

FORMA. Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dictū talem iuraſſe,
ſcilicet, quòd iuramentum ipſum omnino relaxet, & fideiuſſo-
res ab eodem tali datos ab huiuſmodi fideiuſſione abſoluat, mo
nitione præmiſſa per cenſu. eccleſ. appellatione remota compel-
las, & iuramento relaxato eoſdem dictiſq; fideiuſſoribus abſo-
lutis huiuſmodi ſacrilegos tam diu, &c. vt s̄. vſque, abſoluendi. iū
ge, eos quoq; quod nō obſtantibus literis & pęnis eiuſdem pā-
nos, bona & pecuniam prædictam ipſi tali cum integritate reſti-
tuant: monitione præmiſſa, per cenſuram eādem uſuris ceſſanti-
bus, appellatione remota, præuia ratione cōpellas. Sed ſi mulier
manus uiolentas iniecit, non dicitur, donec cum ueſtrarum teſti-
monio literarum, &c. ſed donec per dięceſanum ſuum abſoluti
onis beneficium conſequatur: vt extr. de ſent. excom. c. mulieres
Item ſi monachus in alium monachū ſui monaſterii manus vio-
lentas iniecit: tunc dicitur, donec per abbatem ſuum, &c. Si verò
in monachum alterius monaſterii, dicitur, donec per abbatem
iniuriam paſſi, &c. vt eod. ti. cū illorū. Item ſi monachus verbera
tus dicatur: conqueritur abbas & conuentus, vt eod. titu. porro.
& non dicetur tunc, donec iniuriam paſſo ſatisfecerit: ſed donec
ſuper his ſatisfecerit competenter. Item ſi monachus clericum
uerberauerit, dicetur: donec ſuper his ſatisfecerit competenter,
& abſolutionis debitæ obtinere beneficium mereatur: ut in prę.
23 c. cum illorū. † ¶ Item cum epiſcopus dicitur iniecisse manus in
perſonam eccleſiaſticam, uel dicitur excommunicatus celebraſ-
ſe diuina, concluditur ſic in communi forma.

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, partibus ꝯuocatis: nec de-
d bet tunc dici, venerabilis frater noſter: ſed tantū, talis epiſcopus [d].
24 † ¶ Circa materiā uſurarum uero & pignorū, notandum eſt ꝙ ſi
rector alicuius eccleſiæ conqueritur, quòd res ad eandem eccle-
ſiā pertinentes detinentur titulo pignoris obligatę, de quibus eſt
ultra ſortem perceptum, non debet dici, attentius prouiſurus,
quòd dictus conquerens, &c. eò quòd perſonę delictum in eccle
ſiæ damnū non debeat redundare. 16 q. 6. ſi epiſcopus extra, de
except. cū uenerabilis. ¶ Si uero iuramentum dicatur extortum
de non repetendis uſuris, vt extr. de iureiur. debitores. & c. ad no-
ſtram. 1. 2 & 3 ſic narrabitur.

FORMA. Ad audientiam noſtram noueris perueniſſe, quòd
B. ciuis Senēn. ab M. multa extorſit, & adhuc extorquere nitit ꝑ
vſurariam prauitatem: de ſoluendis vſuris & non repetendis eiſ-
dem, extorto ab eodem nihilominus iuramento: mādamus, qua
tenus, ſi eſt ita, dictum uſurarium, vt huiuſmodi iuramentū re-
laxet, mo. præ per cē eccleſ & vt ſua ſorte contentus dicto M ſic
extorta reſtituat per pęnam in Lateran. concilio contra vſurari-
os editam, appellatione remota compellas, attentius prouiſurus,
ne auctoritate noſtra in negotio præcedas eodem: niſi conque-
rens reſtituerit, vel adhuc reſtituat, ſi quas aliquando ipſe, uel pa-
ter ſuus extorſit uſuras: cum ei legis auxilium ſuffragari nō debe
at, qui committit in legem: vel cum fruſtra legis inuocet auxiliū
qui cōmittit in legem. Teſtes autem, &c. extr. de vſuris, quia fru-
ſtra. & c. Michael. Et eſt notandū, quòd in huiuſmodi forma non
e debet poni hoc participium, conquerens, in aliquo caſu ſuo [e].
¶ Item ſi dicatur, à P. quondā patre ſuo, ſequi debet, cuius hæres
exiſtit, multa extorſit, &c. tunc dicitur, attentius prouiſurus, ne
&c. Si quas ipſe, vel eius pater, extorſit vſuras: & hoc dicitur de
quocunque, cui tanquam in re ſua actor ſuccedit: vt probatur in
præd. c. Michael. Item ſi dicatur, quòd quondam B. ab eius patre
fratre vel alio, cuius hæres exiſtit, multa extorſit per uſurariam
prauitatem, ſequitur, ſed R. filius. vel nepos eius de perceptis uſu
ris ſatisfacere contradicit, licet ad eum huiuſmodi lucra perue-
nerint vſurarum. Si tamen repetit vſuras, quas aliquis ab epiſco-
po fratre ſuo noſcitur extorſiſſe, non poteſt dici, cuius hæres exi
25 ſtit. † ¶ Eò quòd frater impropriè dicitur hæres epiſcopi. ext. de
pœnis, c. 2. de teſta. relatum. & de ſuc. ab inte. cap. 1. & 2. Item cō-
tra Iudæos dicitur, quòd graues & immoderatas extorſerunt ab
eo, & adhuc extorquere nituntur uſuras. Mādamus quatenus, ſi
eſt ita, præfatos Iudæos. vt de immoderato grauamine ſatisfaciāt
& de cætero abſtineant ab eodem, per pœnam in generali conci
lio contra Iudæos vſurarios editam, vel per ſubtractionem com
munionis fidelium appellatione remota compellas: a qua fide-
les quoslibet per cenſuras eccleſia. volumus cohiberi extr. de Iu-
f dæis, poſt miſerabilem [f] Et non ponitur tunc, attētius: ſed teſtes
autem, &c. apponitur. ¶ Item ſi Iudæi tenēt aliquas poſſeſſiones,
uel domos, de quibus eccleſiæ conſueuerunt recipere decimas à
fidelibus, ante quam perueniſſent ad ipſos: dicitur ſic: Mādamus
quatenus, ſi eſt ita, dictos Iudæos, ut eidem eccleſiæ de poſſeſſio-
nib. ipſis decimas, vt tenentur, perſoluant, per ſubtractionem cō
munionis fidelium: ad quod Chriſtianos, ſi neceſſe fuerit, cōpel-
li volumus, & mandamus, quatenus appellatione poſtpoſita, cō-
g pellatis. argumen. extr. de decimis, commiſſum [g]. † ¶ Itē cum de
26 vſuris & aliis rebus agit̄, ſemper proponi debet de vſuris. Vnde
primo

ADDITIONES.

a Præterea. ¶ Vide quod ibi ſcripſi de vſuris, clerici. ſuper gl. s̄. eodem. quia.
b Poteſt. ¶ Et ibi remiſſi. dedi.
c Competenter. ¶ Statim ſequentur caſus, quibus clauſula iſta non ponitur.
d Epiſcopus. ¶ Simile s̄. eo. §. poſt prin. ver. item in nomine.
e Suo. ¶ De caſu declinationis loquitur, ſcilicet nominatiuo, genitiuo, datiuo, &c. & ſic fit de ceremoniis, & obſeruantiis ſtyli: ꝙ clauſula ponatur per participium: ut iacet in decr. Michael.
f Miſerabilem. ¶ Et c. quanto.
g Cōmiſſum. ¶ Nō egebat argumento: quia textus eſt in præ. c. quanto. in fi.

primo ponēdum eſt de pignoribus:ſecundo de uſuris: tertio de
terris & rebus aliis.Nec dicatur tunc,alias iniurioſi exiſtētes,&c.
niſi dicatur,ſuper quibus.¶Item cum de uſuris præmittitur, &
ſequitur,quod ſuper hoc iniuriatur,ſic narrabitur.

¶ FORMA Petro laico accepimus conquerente, quòd
S.presbyter. T. miles, & quidam alii clerici ciuitatis & diœceſ.
talis multa extorſerunt, & adhuc extorquere nituntur ab eo per
uſurariam prauitatem:idem quoque & quidam alii earūdem ci
uitatis & diœce.ſuper terris,vineis, & rebus aliis iniuriantur eidē
& ſic concludetur:Mandamus, quatenus,ſi de huiuſmodi extor
ſione uſurarum tibi conſtiterit,dictos uſurarios ut ſua ſorte cō
tenti,ſic extorta reſtituant,& ab uſurarum extorſione,uel exacti
one deſiſtant,clericos monitione præmiſſa per cen eccle. laicos
vero per pęnam in Lateran. concilio contra uſurarios editam,
&c.vt s̃.uſque,committit in legem.iunge,ſuper aliis vero parti-
bus conuocatis,audias cauſam:& appellatione remota debito fi
ne decidas:faciens, &c.uſque,obſeruari.Et idem eſt, cum de pi-
gnoribus,uel etiam de manuū iniectione præmittimur,& ſequi-
tur,quod ſuper aliis iniuriatur:ut s̃.uer proxi in forma,illa,Con
queſtus eſt:quia tūc debet poni clauſula illa,ſuper aliis uero,&c.
Si autem nihil in narratione ſequitur:tunc dicta clauſula in con
cluſione non ſequatur.Item ſi in premiſſis caſibus de eiſdem per
ſonis tantum conqueritur impetrās,tunc debet ſequi dicta clau
ſula,ſuper aliis uero audias cauſam Si vero de aliis, uel de eiſdē
& aliis conqueritur,& ſequitur,ſuper aliis uero partibus conuo
catis,&c.Item ſi clerici & laici conueniuntur ſuper uſuris & pi-
gnoribus,debet dici:Mandamus,quatenus,ſi eſt ita,dictos pigno
rum detentores,uel dictos uſurarios clericos,uidelicet monitio
ne præmiſſa,&c ext e.c.quia &c.præterea,& ſi in h noi literis de
aliis grauaminib.inſerat,debet ſubdi:ſuper aliis uero cām audia
27 tis,& quod canonicum fuerit,&c.ut s̃.uer.proxi.† ¶ Sed notan
dum eſt,quod ſi laicus impetret contra laicum ſuper uſuris extra
terras Rom.eccleſiæ proprias,non additur in narratione illa clau
ſula,præterea.uel,idem quoque.& quidam alii ſuper terris &c.Si
uero dicatur,quod unus receperit uſuras, & alius iniuriatur ſu-
per terris & rebus aliis,tunc poni debet. Super aliis uero,partibꝰ
conuocatis,&c.quando enim dicitur in narratione,præterea uel
Idem quoque.&,quidam alii ſuper terris,&c.debet in concluſio
ne ſequi,Super aliis uero partibus conuocatis. Si autem non di-
catur in narratione,& quidem alii dicetur in concluſione tantū,
ſuper aliis uero cauſam audias,&c.nec dicetur,partibus cōuoca-
tis.Item licet in literis contra uſurarios ponatur,attentius proui
ſurus,ne auctoritate noſtra,&c.tamen cum ſcribitur pro epiſco
po,uel collegio,uel eccleſiæ nomine,non debet poni: quia dei
ctum perſonæ,&c.ut s̃.nec etiam,ſi conqueratur aliquis de Iudę
a is[a].Item cum ſuper debitis,uel ſumma pecuniæ, ſcribitur pro la
icis,poni debet in cōcluſione poſt verba illa,appellatione remo
ta uſuris ceſſantibus.Si uero pro epiſcopo,uel alio magno præla
to,ſiue nomine eccleſiæ,aut pro collegio,uel pro aliquibus reli-
gioſis,uel pro aliquo de curia Romana,non debet poni:quia iu
ra pro eis,non contra eos,præſumunt,ext.de præſum.cum in iu
uentute.& extr.de no.ope.nun.cum ex iniuncto. Item ſi dicatur
in narratione,& adhuc extorquere nituntur:dicetur in cōcluſio
ne,& ab uſurarum exactione deſiſtant.Si uero illud in narratio
ne non ponitur.nec hoc in cōcluſione ſequatur. Itē ſi ſuper uſu-
ris agatur contra nobilem,& poſtea ſequatur. Idem quoque, &
alii,& cæter.in concluſione,ponetur clauſula illa,prouiſo, ne in
terram,&c.quæ eſt infra uer.prox.extr.de ſponſa non eſt nobis.
Item ſi quis cōqueritur de clerico,pro quo fideiuſſit pro aliqua
ſumma pecuniæ,nec eum uult ſeruare indemnem ab huiuſmodi
obligatione:nō ponitur in hac forma,ubi de pecunia agitur clau
28 ſula illa,uſuris ceſſantibus ext.de fideiuſſoribus,c.2.† ¶ Nūc di
camus,quādo hæc dictio,prouiſo, debet in literis apoſtolicis ap
b poni[b].Et quidē in literis obtentis cōtra nobiles,ſeu balliuos,uel
caſtellanos,maiores, iuratos,poteſtates,& communia,poni de-
c bet hæc clauſula[c],prouiſo,ne in terram,uel uniuerſitatem,de ta
li loco excommunicationis uel interdicti ſententiam proferas,
niſi a nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale,ext.de ſent.
excom.c.Romana.§.fi.Item cū dicitur,quod nobilis vir A.& M.
eius uxor.debet in fine dici,prouiſo,ne in terram dicti nobilis &
uxoris eius excommunicationis,&c.Alias autē erit litera reſcri-
benda,ext.de ſpon nō eſt nobilis ext.de poſtul.præl.c.1.¶ Item
quoties agitur ſuper cenſibus contra clericos,dicitur,Prouiſo ta
mē,ne pēſio ipſis cōtra ſtatuta Lateran.ↄcilii ſit impoſita uel ad
aucta.Nec poſſunt haberi literæ ſimul ↄ̃ clericos,& laicos:qa hęc
clauſula non datur contra laicos.Et idem eſt in penſionibus. ex-
tra,de cenſibus,prohibemus.& capitul.ſignificauit. extra de pa-
ctis cum clerici.& de reſcriptis.ad audientiam.Item cum archi-
diacono,uel rectori eccleſiæ,uel alicui alii perſonæ conceditur
audire theologiam ,dicitur ſic: Prouiſo , ne in fraudem conſti-
tutionis ipſius aliquid attentetur,& quod dictus talis interim ei
dem eccleſiæ per idoneum uicarium faciat deſeruiri. Si uero ſit
decanus,dicatur:Eccleſiæ in decanatus officio,&c. extra, de præ-
ben.licet de priuil.ſuper ſpecula.quæ eſt conſtitutio, de qua hic
fit mentio.Item cum conceditur præmiſſis, ſi cruce ſignati ſunt,
percipere fructus ſuos eccleſiaſticos:ut extra,de uoto.ca. fi.po-
nitur.Prouiſo, quòd eidem eccleſiæ,&c.vt ſupra.Si uero canoni
cus uult audire Theologiam, tunc tantum ponitur : Prouiſo ne
in fraudem,&c.Item cum ſcribitur cōtra vſurarios:ponit̃ proui
ſo,uel,attentius prouiſurus,ut ſupra,ſub uerſi circa.Item pro ex
communicatis ↄtra formam concilii generalis,dicitur ſic:Proui-
ſo attentius,&c.vt in eodem uerſi.ibi,ſi autem cōqueritur quis.
Item ponitur,prouiſo:in caſu poſito infra ver.proximo, ibi,quā
29 do confirmari,&c.† ¶ Sequitur uidere de confirmationibus,&
priuilegiis.Et ſcias,quod confirmatio,ſicut iuſtè,&c.conceditur
in hac forma.

¶ FORMA.Iuſtis petentium,&c.uſque,ↄplere ea propter.&c.
uſque,aſſenſu:iunge,eccleſiam talem cum pertinentiis ſuis: quia
nobis venerabilis frater epiſcopus talis,capituli ſui accedente ↄ-
ſenſu ↄceſſit,ſicut eā iuſte ac pacifice poſſideris, vobis,& per uos
plebi ueſtra auctoritate apoſtolica confirmamus,&c.Nulli ergo
30 &c.ext.de confir.vti. vel inuti.examinata. † ¶ Cōfirmatio uero
ex certa ſcientia fit hoc modo.

¶ FORMA.Quoties a nobis petitur,quod religioni & hone-
ſtati conuenire dignoſcitur,animo nos decet libenti concedere
ac petentium deſideriis congruum ſuffragium impartiri. Cum i-
gitur dilectus filius talis capellanꝰ noſter,de mandato noſtro de-
derit, tradiderit,permutauerit,trāſtulerit & conceſſerit in ppe-
tuum monaſterio veſtro monaſterium ſancti Criſpoliti,talis diœ-
ceſis,cum omnibus eccleſiis,poſſeſſionibus, iuribus & pertinen-
tiis, quocunque modo, uel iure ad dictum monaſterium ſancti
Criſpoliti ſpectantibus,tam in capite,quam in membris talis epi
ſcopi & eccleſiæ iure ſaluo, pro permutatione, ſeu conceſſione
eccleſiæ talis,quam monaſterio tali feciſtis,prout in inſtrumen-
to exinde confecto perſpeximus plenius contineri : nos ↄceſſio-
nem ſeu permutationem eandem ratam & gratam habentes,ip-
ſam auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pa-
trocinio communimus,tenorem inſtrumenti prædicti præſenti
bus ad cautelam de verbo ad uerbum inſeri facientes:qui talis eſt
&c Nulli ergo,&c.extr.de confir.util.uel inutil.ca. penult.
31 † Et nota, ꝙ decimæ conceſſæ a laico cum conſenſu diœceſani
alii eccleſiæ,quam cui pertinent,non ↄfirmantur:ext.de his, quę
fiunt a prælat ſine conſ ca.cum apoſtolica.Item eccleſiæ regula
res,uel monaſteria,uel prioratus eccleſiarum regularium,non ↄ-
firmantur,ext.de confirma.uti.uel inuti.ad noſtram. & ca. ſeq. I-
tem nunquam datur confirmatio beneficii in monaſterio obtē
ti,extra,de ſta.mo ea quæ. Item præſtimonia Hiſpanorum non
32 confirmantur:quia conferentes ea poſſunt reuocare. † ¶ Item
ſuper numero vnico,uel binario,non datur confirmatio, quod
videlicet ſit tantum unus,uel duo clerici, uel canonici in eccle-
ſia.Item quoties uilla, pecunia, fundus,domus,ſeu vinea, clerico
petitur confirmari,debet ibi poni,quo ad uixeris nam alias non
confirmatur huiuſmodi.Item quando confirmantur eccleſiæ in
prios uſus, ponitur, Prouiſis, ut in eccleſiis ipſis per idoneos ui-
carios ſeruiatur.Item in confirmatione de eccleſiis in vſus pro-
prios retinendis, ponitur hæc clauſula , ita tamen, ꝙ perpetuo
vicario,qui pro tempore ſeruiet in eadem, ad ſuſtentationem
ſuam,& ſubeunda epiſcopalia & eccleſiæ onera,congrua portio
de ipſis prouentibus relinquatur:extr.de ſup.neg.præ.c 2. extra,
de præb.de monach.Item nunquam dantur literæ perſonæ con-
tra uicarium,quod tantum de bonis,&c. ſed econuerſo uicario
contra perſonam,ſicut quidam dicunt,vt in præ. concord. Item
nunquam datur forma illa debita ſibi ſeruitia facere contradicit,
niſi aliqua ſpecificentur. ¶ Quandoque vero vidimus talem for-
mam: ¶ FORMA.Conquesti ſunt nobis talis Abbas & conuē
tus,quod tales eorum homines ſe ab ipſorum dominio ſubtra-
here temere molientes,eis debita & conſueta ſeruitia contra iu
ſtitiam denegant exhibere:alias ſuper quadam pecuniæ ſumma
&c.Item nunquam debet poni in genere ſuper iuribus epiſcopa
libus,vel archidiaconalibus, niſi unum ſpecificetur. Arg. tamen
contra ex.de of.or.conquerente.
33 † ¶ Item quando petitur ſententia diffinitiua cū ſerico confir-
mari,ſic dicetur:FORMA.Sententiā ipſam,ſicut eſt iuſta, nec
legitima prouocatione ſuſpēſa,auctoritate apoſtolica cōfirma-
mus:ext.de teſta.Rainutius.in fi.& c.Raynaldus.in fi.

Si vero

## ADDITIONES.

a Iudæis. ¶ vt dixerat ſupra ver.item contra Iudæos.
b Apponi. ¶ Hodie per extrauag.Bonifac.prouiſum eſt per ordinarios, vel
delegatos pro pecuniario debito generale interdictum fieri non poſſe. qđ
dic,ut in ſua extrauagan. prouide attendentes.
c Clauſula. ¶ Quandoq; omittitur hæc clauſula in literis cōtra vniuerſit
quæ alias coerceri non poſſet: vt ſcripſi eod. tit.c. 2.ſuper v.gl.lib.6

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si uero petatur executioni mandari, concluſio erit talis:
FORMA. Mandamus, quatenus ſententiā ipſam, ſicut iuſta eſt,
facias auctoritate noſtra uſque ad ſatisfactionem condignam, ap
pellatione remota, inuiolabiliter obſeruari. Nec tunc fiet men-
tio de prouocatione.
Itē ſi petitur excommunicationis ſententia confirmari, con-
cluſio erit talis: FORMA. Mandamus, quatenus ſententiam ipsā
ſicut rationabiliter eſt prolata, facias auctoritate noſtra, &c. vt s̃.
prox. & hoc in delegato. Nam ſi ſit ab ordinario lata, non confir
mabitur, niſi cauſa excommunicationis exprimatur.
Si autem ſimul diffinitiua ſententia & excommunicationis pe
tantur executioni mandari, concluſio erit talis: FORMA. Man
damus, quatenus ſententiam ipſam diffinitiuam, ſicut eſt iuſta, ꝑ
cenſuram eccleſiaſticam: excommunicationis uero, ſicut rōnabi
liter eſt ꝓlata, faciatis auctoritate noſtra: uſque, ad ſatisfactionē
&c. ut ſupra. ¶ Item in omnib. confirmationibus, quæ bullantur
cum ſerico, debet poni illa clauſula: ſicut eſt prouide facta, & in
alicuius præiudicium non redundet, auctoritate apoſtolica con.
firmamus: & talis confirmatio parum iuris tribuit, extr. de cōfir.
uti. uel inuti. examinata. Item in compoſitionibus habitis ſuper
rebus ſpiritualibus, oportet exprimi, quo mediante facta fuerit:
& a tali perſona, quæ habuerit iuriſdictionē in cauſa, ut pote diœ
ceſanus, uel delegatus, ut extr. de confir. uti. uel inut. c. pe. de prę-
34 ben. niſi. † ¶ Item ꝯpoſitio non confirmatur inter mortuos, ēt
ſuper rebus tēporalibus, niſi expreſſo aliquo mediatore: ſed tunc
dicitur, mediantibus bonis uiris. Item nota, quod in priuilegiis ꝯ
ceſſis monaſteriis, & locis exemptis, ponitur clauſula illa: quod
ad ius & proprietatem Romanæ eccleſiæ noſcitur pertinere: vt
extr. de priuil. recipimus. Item in priuilegiis ꝯfirmationis, ſi mo-
naſteriū habet eccleſias & capellas, caſtra etiam & villas, iſta per
hunc ordinem ſunt aliis omnibus proponenda, quādo in eis ſpe
cificantur. Item ſententiæ ſuper cauſis matrimonialibus latæ, nō
ꝯfirmantur cum ſerico: ſed in forma illa, ſcilicet de ſententia ip-
ſa cognoſcens, quod canonicum, &c. & ext. de offi. deleg. cauſam
35 matrimonii. † ¶ Item no. quod conſuetudo cancellariæ eſt da-
a re conſeruatores in omnibus priuilegiis, etiamſi non petantur [a].
non autem concedit conſeruatores in confirmationibus, in qui-
bus dicitur, Confirmamus tibi eccleſiam, ſicut iuſte poſsides & q
ete. Si uero dicatur, Quicquid de te ad talem eccleſiam canonice
factum eſt, ſicut iuſte & prouide factum eſt, confirmamus, tunc
concedit conſeruatorem. De conſeruatoribus uide s̃. de iudi. de
leg. §. fi. uerſ. item quod non eſtis. & ſeq. In quibus autem caſibus
non ponatur in commiſſionibus clauſula illa, Teſtes autem. &c.
dixi s̃. de teſte. § de teſtium. ver. illud autem. Nūc igitur ad inſtru
ctionem ſimplicium aliquam doctrinam ſuper hac materia ſub
regula tradamus. Nota ergo, quod in qualibet cauſa matrimonia
li ſcribitur alicui epiſcopo: vt in præ c. cauſam. & de re iud. lator.
b &c. conſanguinei [b]. Et ſi diffinitiua ſententia feratur ſuper matri
monio, & appelletur, ſimiliter cauſa appellationis alicui epiſco-
po committetur: & eadem erit ꝯcluſio hinc & inde, ſcilicet, Mā
damus, quatenus de cauſa, uel ſententia ipſa legitime cognoſcen
tes, quod canonicum fuerit, &c. ut in præd. concor. Item ſi uxor
reſumatur a viro, debet ſcribi dięceſano, uel officiali, aut alteri
perſonæ maioris eccleſiæ: extra, de conſang. & affi. c. j. in fin. Item
quando vir non tractat uxorem maritali affectione, uel e conuer
ſo, ſemper ſcribitur diœceſano rei: uel, ſi vacat eccleſia cathedra
lis, archidiacono, uel alii perſonæ de capitulo. Cauſa vero appel-
lationis ſuper matrimonio poteſt cōmitti aliis, tā epiſcopo, quā
c dięceſano [c], & alii cum eo. Item cum agitur de duabus ſororibus
viduis, dici debet: A. vxor. quondā B. & C. relicta D. ſuam ad nos,
&c. Item debet dici, relicta quondam D. ſi ipſam impetrat: ſed in
reo non curatur.
¶ Item ſi mulier conqueritur, quod vir eius ea inſcia ſe fecerit
ad ſacrum ordinem promoueri, nec eam curat maritali affectio-
ne tractare: quare ſuplicat, vt ſuſpendatur ab executione ordi-
num taliter ſuſceptorum, & cogatur eam maritali affectione tra
ctare, ſic concludetur. ¶ FORMA. Mandamus, quatenus
partibus conuocatis audias cauſam, & appellatione remota.
quod canonicum, &c. faciens, &c. teſtes, &c. Si uero dicit, quod
